



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 vtrum hoc præceptum possit in via impleri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

principium omnium corporalium motuum: ita est uoluntas, & maxime quantum ad intentionem finis ultimi, qui est obiectum charitatis, est principium omnium spiritualium motuum. Tria autem sunt principia actuum, quae mouentur a uoluntate, scilicet in intellectus, qui significatur per mentem: uis appetitiva inferior, quae significatur per animam: & uis executiva exterior, quae significatur per fortitudinem, seu uitium, iure tures. Precepitur ergo nobis, ut tota nostra intentio feratur in Deum, quod est ex toto corde: & quod intellectus noster subdatur Deo, qd est ex tota mente: & quod appetitus noster reguletur secundum Deum, quod est ex tota anima: & quod exterior actus noster obediat Deo, quod est ex tota fortitudine, uel uirtute, vel uirib. Dei diligere. Chrysostomus tamen super Matth. accipit e contrario cor. & animam, quam dictum sit. Aug. vero in iudeo christi refert cor ad cogitationes, & animam ad ueram mentem ad intellectum. Quidam autem dicit, ex toto corde, id est, intellectu: anima, id est, uoluntate. Mente, id est, memoria. V. et secundum Greg. Nyssenum, per cor, significat animam uegetabilem: per animam, sensitivam; per mente, intellectuam: qua quod nutrimur, sentimus, & intelligimus, debemus ad Deum referre. Et per haec patet responsio ad obiecta.

ARTICULVS VI.

Vtrum hoc preceptum de dilectione Dei possit in uia impleri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, qd hoc preceptum de dilectione Dei possit seruari in uia. Quia secundum *Hierony. in expositione catholicę fidei. Maledictus qui dicit Deum aliquid impossibile precepisse. sed Deus hoc preceptum dedit, ut patet Deut. 6. ergo hoc preceptum potest in uia impleri. ¶ 2 Prat. Secundum Philos. in 9. Ethic. Amicabilia, que sunt ad alterum, uenerunt ex amicabilibus, quae sunt ad seipsum: ex quo uidetur quod dilectio frui ipsius sit principium dilectionis proximi. sed principium portius est eo, quod est ex principio. ergo non debet homo diligere proximum sicut seipsum.

¶ 3 Prat. Quicumque non implet preceptum, peccat mortaliter: quia secundum Ambros. peccatum nihil est aliud, quam transgressio legis diuinæ, & cœlestiū inobedientia mandatorum. si ergo hoc preceptum non potest in uia seruari, sequitur quod nullus possit esse in uita ista sine peccato mortali: quod est contra id, quod Apost. dicit i. ad Cor. i. Confirmabit uos vsque in finem sine crimen. Et i. ad Tim. 3. Ministrēt, nullum crimen habentes.

¶ 3 Prat. Praecepta dantur ad dirigendos homines in uiam salutis, secundum illud Psal. 18. Praeceptum Domini lucidum illumina nos oculos: sed fructu dirigitur aliquid ad impossibile. non ergo impossibile est hoc preceptum in uita ista seruari.

S E D C O N T R A est, quod Aug. dicit in libro de perfectione iustitiae, quod in plenitudine charitatis patre preceptum illud impletur. Diliges dominum Deum tuum &c. Nam cum aliquid adhuc est carnales concupiscentiae, quod continetur fraretur, non omnino ex rotâ anima diligatur Deus.

R E S P O N. Dicendum, quod preceptum aliquid duplice potest impleri. Vno modo perfecte: alio modo imperfecte. Perfecte quidem impletur præceptum, quando peruenitur ad finem, quem intendit præcipiens impletur autem, sed imperfecte, quando et non pertinet ad finem præcipientis, non tamē recedit ab ordine ad finem. Sicut si dux exercitus præcipiat militibus ut pugnent, ille perfecte impletur præceptum, qui pugnando hostem uincit, qd dux intendit. Ille autem impletur, sed imperfecte, cuius pugna ad victoriam non pertinet, non tñ contra disciplinam mihi.

Altarē agit. Intēdit aut̄ Deus per hoc præceptum, ut hō sibi totaliter uniatur: quod fiet in patria, qd Deus erit oīa in omnibus, ut dicitur i. ad Cor. 15. Et iō plene, & perfecte in patria implebitur hoc præceptum in uia autem impletur, sed imperfecte. Et tamen in uia tantō unus alio perfectius impletur, quāt̄ magis accedit per quandam similitudinem ad patria perfectionem.

Ad PRIMVM ergo dicendum, qd illa probat, quod aliquo modo potest imp̄cri in uia, licet non perficie.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut miles, qui legitime pugnat, licet non uincat, non inculpat, nec pœnam meretur: ita etiam qui in uia hoc præceptum non impletur, nihil contra diuinam dilectionem agens, non peccat mortaliter.

BAD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. ** de perfectione iustitiae. Cur non præcipitetur homini ista perfectio, quamvis cam in hac uita nemo habeat? Non n. recte curritur, si quod currendum est, ne sciat. Quo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?

ARTICULVS VII.

Vtrum conuenienter detur præceptum de dilectione proximi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vr. qd inconuenienter detur præceptum de dilectione proximi. Dilectio n. charitatis ad oēs hoēs extendit, et ad inimicos, ut patet Matth. 5. sed nomine proximi importat quāda propinquitatē, qd nō u. haberet ad oēs hoēs. ergo detur quod inconuenienter detur hoc præceptum.

¶ 2 Prat. Secundum Philos. in 9. Ethic. Amicabilia, que sunt ad alterum, uenerunt ex amicabilibus, quae sunt ad seipsum: ex quo uidetur quod dilectio frui ipsius sit principium dilectionis proximi. sed principium portius est eo, quod est ex principio. ergo non debet homo diligere proximum sicut seipsum.

¶ 3 Prat. Homo seipsum diligit naturaliter, nō autē proximum. Inconvenienter ergo mandatur, quod homo diligat proximum sicut seipsum.

S E D C O N T R A est, qd df Mat. 22. Secundū præceptū est simile huic. Diliges proximum tuū sicut teipsum.

D I S C U S. Dicendum, qd hoc præceptum conuenienter traditur. Tangitur n. in eo & diligendi ratio, & dilectionis modus. Rō quidem diligēti tangitur ex eo, qd proximus nominatur. Propter hoc n. ex charitate diligere debemus alios, quis sunt nobis proximi & secundum naturam Dei imaginē, & secundum capacitatem gloriae. Nec refert utrū dicitur proximus, uel frater, ut habetur i. Jo. 4. uel amicus, ut habetur Lemitic. 19. quia per omnia hac eadē affinitas designatur. Modus autē dilectionis rāgit, cū dicitur, Sicut teipsum: quod non est intelligendum quantum ad hoc, qd alii quis proximū sibi equaliter diligat, sed similiiter sibi, & hoc tripliciter. Primò quidem ex parte finis, ut si aliquis diligit proximum propter Deum, sicut seipsum propter Deum dēt diligere, ut sic sit dilectio proximi sancta. Secundò, ex parte regulæ dilectionis, ut si aliquis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solum in bonis: sicut & suæ uoluntati satisfacere dēt hō solum i. n bonis, ut sic sit dilectio proximi iusta. Tertiò, ex parte rationis dilectionis, ut si non diligat aliquis proximum propter propriam utilitatem, uel delectationē, sed ea rōne, quod uelit proximo bonum, sicut uult bonum sibi sibi, ut sic dilectio proximi sit uera. Nam cum quis diligit proximum propter suā utilitatem, uel delectationē, nō uerē diligit proximum, sed seipsum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

In respō. ra
tio in nat. 16.
tom. 7.

Quel. 4. art.
24. ad 1. Et
Ro. 13. Ies.
2. & Gal. 5.
Ies. 3. & o.
psal. 42. c. 14.
Cap. 8. no.
multū à pri.
tom. 5.